SPRAWOZDANIA SZKOLNE
Książnica
Kopernikańska
w Toruniu
SCHULPROGRAMME

Einladungs - Programm

zur

öffentlichen Prüfung

im

Königl. Gymnasium zu Rastenburg

am 3ten und 4ten October 1826

welcher die Entlassung von 4 Abiturienten folgt,

enthaltend

die Fortsetzung der im v. J. angefangenen Abhandlung
des Herrn Wannowski

de initiis theoriae casus, qui dicitur absolutus

und

Nachrichten das Gymnasium betreffend in dem Schuljahre von Michael 1825 bis dahin 1826

gegeben

durch den Director Krüger,

welcher im Namen der Anstalt zur Prüfung einladet.

Königsberg, 1826.

Gedruckt in der Hartungschen Hof- und Universitäts-Buchdruckerei.

Theoria casus, qui dicitur absolutus.
Fasc. II.

Quod promissum in fine tractatus, qui praeterito anno publici iuris est factus, feci, huic ut nunc stare possim, mihi pergratum accidit, non tam quia arbitror, magnam lucem ex hac quaestione, a me scilicet tractata, litteris nostris adfulgere, quam ut ipse mihi, emissis in publicum, quae undecunque corrasi, futuri opusculi seminibus, melius dispicere videar, quantopere manca mea contemplatio claudicet, quidve potissimum desideres. Justam et ex ordine compositam rei disquisitionem nunc neque tradere possum, neque, si potuerim, locus hic fuerit idoneus; qua de re ἀφοριστικῶς ea complere studebo, quae in nuper edito programmate inchoata reliqui.

Dixi p. 2. Weiskium nos fallere, si prae ceteris auctoribus Xenophontem dativis absolutis gaudere pertendit. Hoc me impellit, ut nunc pluribus verbis de natura et indole casus huius, deque rebus huc pertinentibus disseram. Secundum definitionem illam casus absoluti, quam p. 4. exposui, iam supervacaneum esset, errores antiquiorum interpretum persequi, qui dativum, qui dicitur, commodi aut incommodi multifarie cum dativo absoluto commutarunt; hodie enim neque pueris in mentem veniet in constructione, qualis haec est οὗ ἐστὶ τὸ μνῆμα ἐπὶ τὸν Κυαμίτην πορευομένοις, aut νεὼς εὐθὺς εἰσιόντι εἰς τὸ ἱερὸν atque in similibus casum absolutum venditare. In horum dativorum numerum cadit etiam, qui legitur apud Antiphont. de caede Herod. p. 736. 3 καὶ μὴ ἀποδείξαντι εὖ καὶ εἰκάσαι; ubi nullam difficultatem video. Subministrant sententiae lucem verba Isocratis de Antidosi p. 321. κ'. edt. Coray.

An apud prosaicos dativus vere absolutus fuerit in usu, merito dubitari potest; certe vestigia eius sunt rarissima et subdola. Apud Thucyd. lib. 2, 90.

nuper Beckerus sic verba e Codd. praestantioribus refinxit *οἱ δὲ Πελοποννήσιοι . . . ἀναγόμενοι ἅμα ἕῳ, ἔπλεον, ἐπὶ τεσσάρων τεταγμένοι τὰς ναῦς, δεξίῳ κέρᾳ ἡγουμένῳ*, quae structura facile absolutum dativum exhibuerit. Dubius enim haereo, an hic casus arctissime iungi potuerit cum *ἔπλεον;* talis usus dativi recentem sophistam, ut Philostratum, non Thucydidem prodere videtur. Haec mea explicatio firmari potest quodammodo eo, quod auctor hic prae ceteris atticis sic aliquoties dativi positionem modulatus sit, ut, relatione fere nulla inter hunc casum et reliquam enuntiationem intercedente, hic absoluti paene naturam induere videatur. cf. lib. 4. c. 56. *τοῖς δ' Ἀθηναίοις τότε τὴν παραθαλάσσιον ὁδοῦσι, τὰ μὲν πολλὰ ἡσύχασαν* etc. et lib. 4, 120 *Ἀποστᾶσι δ' αὐτοῖς ὁ Βρασίδας διέπλευσε;* aut lib. 8, 24 *εἰργομένοις οὖν αὐτοῖς τῆς θαλάσσης καὶ κατὰ γῆν πορθουμένοις, ἐνεχείρησάν τινες πρὸς Ἀθηναίους ἀγαγεῖν τὴν πόλιν.* Sed, quod dixi, hi loci non sunt sic comparati, ut omni ex parte casum absolutum reddiderint; imo, quod effatum subsequens continet, id quia erat aut in damnum, aut in emoluementum his, quos casus denotat, inde factum est, ut dativus ponatur, licet haud dubie vulgata constructio genitivum requisiverit. —

Hac de causa etiam lib. 6, c. 82 *Ἡμεῖς γὰρ Ἴωνες ὄντες, Πελοποννησίοις, Δωριεῦσι, καὶ πλείοσιν οὖσι καὶ παροικοῦσιν, ἐσκινδυνεύμεθα, ὅτῳ τρόπῳ ἥκιστα αὐτῶν ὑπακουσόμεθα* unice eorum ratio probanda, qui dativos hos per enallagen verborum subsequentium explicant; sed vertenda sunt verba, tanquam si legatur genitivus „quia, aut cum Peloponnesii essent numero fortiores et accolae.“

Apud Platonem huc facere videntur loci in de legg. 11. p. 921. d. *ὡς τούτοις αὖ . . οὖσι δημιουργοῖς* — et in Phileb. p. 40. c. *οὐκοῦν ἦν δοξάζειν μὲν οὕτως ἀεὶ τὸ παράπαν δοξάζοντι, μὴ ἐποῦσι δὲ, μηδὲ ἐπιγεγονόσι.* Sed quia liber mihi nunc non venit ad manum, nihil etiam persto contendere, quemadmodum etiam de loco in Epist. VII. p. 330. d. *μὴ ἐθέλοντι δὲ, φεύγοντα ἀπὸ τῆς τοιούτου συμβουλῆς ἄνδρα ἡγοίμην ἄν.* Ceterum omnem laborem frustratus sum, alia adposita documenta apud Platonem indagans.

De Xenophonte iam dictum est p. 2. et p. 23. Non legitur apud hunc scriptorem praeterea dativus huius notae; nam in illo loco Historiarum 7, 1, 18 Weiskium errore labi dicere fere nihil adtinet, perinde atque perversa est Zeunii explicatio, qui in Anab. 6, 1, 10 de casu absoluto somniavit; eamque iam refellit Schneiderus ad l. l., ita ut in omnibus auctoris huius operibus nihil facile inveniatur, quod huic constructioni fulcro esse possit, praeter ea, quae iam supra adtuli ex Hist. Gr. 5, 2, 4. — Neque alii Attici, qui soluta oratione sunt usi, aliquid nos hac in causa adiuvant; imo etiam poetae a parili casus huius usu sibi temperare videntur, quatenus notatu non indignus locus in Euripidis Electr. 940 (edt. Matth.)

ἐπίσημα γὰρ γήμαντι καὶ μείζω λέχη,
τἀνδρὸς μὲν οὐδείς, τῶν δὲ θηλειῶν λόγος,

ubi dativus hic est extra omnem nexum, sensu aperto, qui genitivum exposcat „si quis nobiliorem, quam pro fortuna propria uxorem duxerit, jam in tali familia auctoritas est penes mulierem.“

Huc denique traherem locum ex Aristophanis Ran. v. 358.

ἢ βωμολόχοις ἔπεσιν χαίρει, μὴν καιρῷ τοῦτο ποιοῦσιν

ubi fortassis erro, sic verba expediens, ut ποιοῦσιν pro genitivo absoluto accipiam, subaudito ἀνδρῶν, atque illud τοῦτο referam ad βωμόλοχα ἔπη „dum nugas has inopportuno tempore dicant.“ Quodsi explicatio haec non omni e parte ab veritate abhoreat, iam hic dativus summo atque optimo iure absoluti nomen meruerit.

Sed haec etiam sunt omnia, subdola quidem atque sublestae fidei exempla dativi et pendentis et absoluti apud auctores Atticos, quippe in quibus aut alia explanandi loci ratio obtineat, aut intercedat aliquid coniunctionis relationisque inter sensum enuntiati et casum sic pendentem.

Neque Herodoti auctoritas usum hunc dativi stabilire videtur magnopere, qui duobus in locis speciem eius usurpasse non refugit; nimirum lib. 3, c. 86 ἅμα δὲ ἵππῳ τοῦτο ποιήσαντι . . . ἐγένετο βροντή; licet hic casus tertius ab ἅμα quodam modo regi possit, etiamsi magnum est discrimen inter hanc locutionem, atque eas, ubi simpliciter tempus indicatur, v. c. ἅμ᾽

ἡμέρῃ διαφωσκούσῃ. Sic et nos commode dicere possumus zugleich mit anbrechendem Tage; sed nequaquam zugleich mit dem wiehernden Pferde; Legitima igitur constructio sine dubio haec esset „ἵππου δὲ ἅμα τοῦτο ποιήσαντος, genitivo absoluto in cognominis dativi locum subrepente. — Secundus locus jam ab interpretibus est notatus e libri 6ti c. 21. καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα, Μιλήτου ἅλωσιν, καὶ διδάξαντι, ἐς δάκρυα τε ἔπεσε τὸ θέητρον, quia in incommodum poetae accidit, dativus est arcessitus. Similia me certe apud Herodotum latent, nisi velis, me non obnitente, in eundem censum referre structuram lib. 4, c. 187 ἦν δὲ καίουσι τὰ παιδία σπασμὸς ἐπιγίνηται, ἐξεύρηταί σφι ἄκος pro ἢν δὲ καιόντων τὰ παιδία, τούτοις σπασμὸς ἐπιγένηται; sed, quod repetere piget, hi omnes dativi non sunt absolute positi.

Etiam e recentioribus castigati atque inaffectati scriptores casum hunc non frequentant. Apud Lucianum enim in Philopatr. p. 255 dativus non est absolutus, quippe cum neque mutato eo in genitivum cognominem nexus verborum resarciatur. Sic enim loquitur: καὶ γάρ σοι οἰκίδιον κατασκευάσαντι, οἰκετίδας δὲ . . . συναγαγόντι, οὐδέποτέ σε δίλαθε, ubi primum animo scriptoris obversabatur ἄγνωτον ἦν aut simile quid, quo memoria ejus excidente, aliud verbum alius regiminis invexit.

In Charidemo vero p. 290 ante verba εὐτυχοῦντι λειμῶνι sine ullo dubio ἐν praepositio absorpta est, qua de re mox infra dicam.

Neque in vitis Plutarchi integra et sincera reperi documenta. In Coriolano enim p. 52. ρ'. (edt. Coray) pro παυσαμένῳ δὲ τῷ πολέμῳ τὴν στάσιν ἐπήγειραν αὖθις οἱ δημαγωγοί alii Codd. exhibent genitivum παυσαμένου τοῦ πολέμου. Illa vero in Cimone p. 179 dativi modo pendentis, non absoluti, exemplum et id quidem per enallagen rursus verborum excusandum produnt, qui locus paullo insolentior ab interpretibus non debuisset negligi. „αὐξανομένοις γὰρ αὐτοῖς κατ' ἀρχὰς καὶ τὰ συμμαχικὰ πολυπραγμονοῦσιν, οὐκ ἤχθοντο τῇ τιμῇ τοῦ Κίμωνος. Hoc loco αὐξανομένοις aperte positum est pro nominativo; latet enim unum, quod dicunt, subiectum in αὐξανομένοι, atque ἤχθοντο. Utroque enim indicantur Athenienses, qui prima ca-

pientes incrementa parvi pendebant, Cimonem Spartanis esse addictum : postea vero, ἔπειτα δυναιότεροι γενόμενοι, ἤχθοντο aegre ferebant, Cimonem a Spartanis praeferri eosque praeferre. Exordiens igitur auctor periodum sic continuare sermonem fortasse voluit: οὐκ ἦν ἀχθεινὴ ἡ τιμὴ etc. — Sed etiam haec trepidante scribo manu, quia Plutarchi opera nunc manu non tenens ea repetere cogor, quae mihi ante unum et quod excurrit annum legenti rata esse videbantur, a veritate forsan aliena. Retractare et revisere omnia mihi in animo est, priusquam totum tractatum in lucem emittam.

Sed neque apud Sophistas, qui eiusmodi elegantiis, tanquam stellulis, orationem suam distinguere summopere cupiebant, admodum est creber usus dativi absoluti, imo Libanius verbi causa, quem, respiciens propositam quaestionem, diligenter sum perscrutatus, qui insolitas orationis flexuras, saepe studio quaesitas, usque ad taedium cumulat, etsi procul dubio magna peccatorum pars librariis est imputanda, ne unum quidem exemplum, dativi huius usum stabiliens, nobis suppeditat. — Apud Philostratum certiora prostant argumenta. cf. modo Philost. iun. Imag. c. 14. p. 886 (Olear.) ἀκοντίῳ δὲ τὴν δεξιὰν ἐπερείδει, ἐκκειμένῳ τῷ γλουτῷ καὶ τῇ πλευρᾷ διορωμένῃ, ubi genitivus proprium sibi locum adserere debuisset; neque latuerunt haec clarissimum Jacobsium. Maxime in descriptionibus tabularum hac structura verborum gaudent Philostrati. Huius enim sunt notae quae leguntur verba in Philost. Imag. 6. p. 872 ἡ μὲν δεξιὰ συνέχουσα ἀπρὶξ τὸ πλῆκτρον, ἐπιτέταται τοῖς φθόγγοις, ἐγκειμένῳ τῷ ἀγκῶνι; neque Jacobsi emendationem in Philost. sen. Ic. 2, 21. p. 846 καὶ ἀποσφάττει τὸν Ἀνταῖον ὀξείαις ταῖς πλευραῖς ἐπιστραφείσαις εἰς τὸ ἦπαρ, interpunctionem post Ἀνταῖον tollentis, quae in antiquis interseritur editionibus, ut unice veram probaverim; mihi certe incommodi quid atque coacti haec structura habere videtur, ἀποσφάττειν τινὰ ταῖς πλευραῖς ἐπιστραφείσαις: quin potius reponenda est exilis interpunctio, illis dativis seiunctis, tamquam si legatur τῶν πλευρῶν ἐπιστραφεισῶν.

Ne vero nimia unius rei expositione cetera negligere cogar, iam, missis

prosaicis, ad poetas sequiores adcingar. Apud hos etiam, quod sciam, rarissime hic dativus legitur; ille enim in Oppiani Hal. 1, 624

τῇσι δ' ἄρ' ἱπταμένῃσι κατὰ στιχας ἐυρεες ἐσμοὶ
ἠέρα τε σκιάουσι . . .

ni fallor, explicandus est sic, ut e schemate Colophonio, cf. Valcken. ad Phoen. 88. eum pro genitivo positnm esse dicamus. Neque volo longius immorari in speciosis illis locis ibd. 3, 247

ἅπαν δ' ἐπὶ δῶμα λέλῃκεν
ἀνδρὸς ξεινοδόκοιο, λίγα κλάζουσι νεοσσοῖς

atque lib. 5, 296

ὀξὺν ἐπειγομέναις ἐλάταις νόμον ἀείδοντες.

Sed haec hactenus. Dedita opera in iis, quae usque ad hunc locum disputavi, omnes temporum et loci definitiones, quae, quia haec temporalis et localis notio dativo est propria, neutiquam absolutam efficiunt positionem, enotare omisi. Sed obtinet hac in re analogia, observatu digna. Maxime enim sine praepositione ἐν solute casus tertius ad temporis intellectum significandum usurpatur non modo in nominibus dierum festorum, sed etiam in aliis, quae ritum quendam solemnem, publicum privatumve, caerimoniasque sanctas denotant. Sic diligens me observatio edocuit, atticos veteres nunquam adpellationibus his, ut *Παναθηναίοις*[1]) *Διονυσίοις*, *Ἀπατουρίοις* etc. ἐν praeposuisse, adeo ut apud Platonem tribus in locis in Lysid. p. 223. b. ἐν τοῖς *Ἑρμαίοις*, in Polit. p. 354. a. ἐν τοῖς *Βενδιδείοις* et in de legg. p. 633. c. ἐν γυμνοπαιδίαις illud ἐν tollendum esse arbitrer. Apud sequiores scriptores hac in coniunctione modo additur, modo detrahitur praepositio, quod diligentius exponere in aliud differam tempus.

Sed e paritate quadam, ut dixi, multa nomina, quae solemnes ritus

1) Haec animum inclinant, ut credam apud Aelian. h. a. 9, 42 *Πομπηΐου ἀγορανομοῦντος ἐν παναθηναίοις, οἷα εἰώθε τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ ὁρᾶσθαι*, praepositionem sede sua esse emovendam, atque ante vocabulum τῇ ponendam, licet non eam infitias, recentiores saepissime similibus nominibus ἐν addidisse, interque eos, ut unum modo insigniter laudem, Lucianum fere semper.

concelebrandos indicant, sic absolute ponuntur, quod interpretes ignorantes, invitis libris, ἐν intrudere solent. Sic apud Demosth. in Leohar. p. 1092, 12 ταῖς παρελθούσαις ἀρχαιρεσίαις; apud Andocid. p. 14, 42 παναθηναίων τῷ ἀγῶνι, et apud Demosth. in Mid. p. 520, 26 τοὺς κριτὰς τῷ ἀγῶνι τῶν ἀνδρῶν, quem dativum igitur non cum Spaldingio a voce κριτὰς pendere facio. Ad hanc classem pertinet porro illud Demostheneum p. 1091, 23 τῇ διαδόσει „tempore munerum praebendorum" ubi nequaquam ob hanc ipsam analogiam, quae dativum solutum suadet, cum magno Hemsterhusio ad Luciani Timon. p. 117 ἐν ex arbitrio interponendum esse censeo. Huius est etiam notae in Platon. Sympos. p. 174. a. διέφυγον τοῖς ἐπινικίοις „quo tempore victoriam celebrabant." Haec igitur est causa, cur non sollicitem dativum apud Herodot. 2, 62 ἐς Σάϊν δὲ πόλιν ἐπεὰν συλλεχθέωσι τῇσι θυσίῃσι, quod non sic verto, ut Schweighaeuserus fecit, „sacrificii causa," sed tempore sacri peragendi," licet perplaceat ratio, a clarissimo Schaefero ad Dionys. verb. p. 306. exposita. — His adiungam, utpote adpositum, ex Himer. Eclog. 14 πρέπον ἂν καὶ ἡμῖν χορεύειν τῷ γάμῳ „tempore nuptiarum celebrandarum. — Locutionem καινοῖς τραγῳδοῖς fere nunquam in καινῶν τραγῳδῶν variare dicit Hemsterh. ad Luciani Tim. p. 120. — Id, quod ἀνδρῶν ἀγῶνι est etiam solutum ἀνδράσι, de quo dativo cf. D'orville ad Charit. p. 235, cui respondet apud Andocid. in Alcibiad. p. 121, 18 παισί „cum pueri certarent," cui praepositio praefigitur ἐν apud Theocrit. Epigr. εἰς τρίποδα τῷ Διονύσῳ p. 298. — Vulgatum est, quod legitur apud Plut. in Phoc. p. 25, κή. τοῖς αὐτοῖς ἱεροῖς „per idem festum," et ibd. p. 6 μεγάλοις μυστηρίοις, sine ἐν. — Τῇ ἑορτῇ, quod apud Atticos nunquam sine ἐν me legere memini, recentiores utuntur, ut Liban. T. I. p. 258.; apud quem etiam T. I. p. 651 ἅπτονται γάμοις legitur, perinde atque apud Himer. l. l. — Sic igitur modo nomina parilis significationis dativi hujus simplicis abusionem admittunt; quae sunt aliena ab hac notionum cognatione praepositionem addendam requirunt, neque puto, graecum esse v. c. τῇ ἁλώσει τῆς πόλεως ἦλθον aut simile quid[2]).

2) Nulla haud dubie praepositio toties addita falso, eiectaque est, quam ἐν;

Etiam apud Latinos similia observari potuerint, e quorum scriptorum penu modo paucissima promam. Ludis, comitiis sic absolute poni iam notatum

---

quod nunc paucis modo exsequi placet in nominibus urbium regionumque. Dativos, qui dicuntur adverbiascentes, praepositionem hanc respuere, tralatitium; nam ἐν Πυθοῖ nemo mihi opponet. — Apud Lysiam p. 427 ἐν Μουνιχίασιν singulare est; nam quod Oudendorp. ad Thom. Mag. p. 686 et 688 ἐν Ἀθήνησι edendum putat apud Thucydidem, id meliores Codd. refutant. Non plane barbaram fuisse hanc adverbiorum cum praepositione coniunctionem, praeter poetas grammatici graeci veteres satis comprobant, interque hos Etymol. Mag. p. 450. v. Θήβησιν. ὅτε μὲν ἔχει τὴν πρόθεσιν τότε δοτικὴ ἐστιν, οἷον ἐν Θήβαισιν. ὅτε χωρὶς αὐτῆς ἐστι τὸ Θήβησι, τότε ἐπιῤῥηματικῶς κεῖται. — cf. etiam Basti Ep. Crit. p. 189 ἐν Θήβησι non esse falsum neque soloecum suspicantis; saepe enim occurrere apud Herodotum, atque apud Liban. I. p. 812. et Morell ἐν Ὀλυμπίασιν. — Apud Herodotum certe iam dialecti, qua utitur, proprietas nos neque de adverbiascenti forma cogitare sinit, unde passim apud eum ἐν Ἀθήνῃσι reperitur. cf. Wesseling. ad Herod. 1, 92; maxime ad lib. 5, 82. — Sed in scriptis prosaicorum, qui non ionica dialecto sunt usi, equidem nusquam indubitabile positi ante hos dativos loci ἐν exemplum indagare potui. Aliter se res habet cum poetis. Apud Pindarum semel haec coniunctio obvia in Nem. Od. 3. in fine

. . . . Ἐπιδαυρόθεν
τ' ἀπὸ Μεγάρων καὶ φάος.

ad quem locum Interpts. provocant ad Hom. Il. d. 304 ἐξ Αἰσύμηθεν. et φ, 199 ἀπ' οὐρανόθεν.

Verum non modo Homerus et Pindarus sic sunt locuti, etiam semel, quod vix ac ne vix quidem me fallit, Theocrit. Id. 25, 18 οὐ'ξ Ἑλίκηθεν dicere non reformidat, quod etiam maxime bucolicis concessum esse dicit Hermann. disput. de aetate Script. Argon. p. 692; quibus argumentis subnixus, non teneo. — Exinde patet, non sollicitandam esse Casauboni in Callimachi Fragm. 234 emendationem ἐκ λήθεν, nam sic legitur apud Apollon. Argon. 4, 1777 ἀπ' Αἰγίνηθεν, et in hymn. Orph. Ἀποσπασμ. p. 451. v. 37 ἐκ θεόθεν. cf. Arati Diosem. 863 (131) ἀπ' οὐρανόθεν. Inde iure summo defensores suos nacta est lectio in Sophoclis Antig. v. 106 ἐξ aut ἀπ' Ἀργόθεν. Neque omnino haec praepositionis positio

nos

tum est a Perizonio ad Sanct. Min. p. 574, qua de re equidem tuebor antiquam lectionem apud Rutil. in itiner. I. 377 ludoque vagamur, quod, maxime

---

nis positio nos adeo offendere potest, cum etiam in aliis casuum adverbiascentium formis, quae per syllabas paragogicas, *οφι ἐσφι* etc. deflexae sunt, sic praepositiones redundent ad intendendam vim, seu localem, seu temporalem, quae in iis adverbiis delitescit. Nam antiquiorum grammaticorum quae huius iunctionis nobis traditae sunt explicationes (cf. Perizon. ad Sanct. M. p. 41) nemini hodie arridebunt. — Tetigit eandem rem in adnotatione eximius Phrynichi editor p. 46. —

Sed iam extra oleas, quod dicunt, spatiabor, si mentione iniecta dativi localis nominum maxime propriorum, nunc uberiorem adiungam disceptationem, quae demonstratura sit, quid sibi Graeci in omittenda praepositione *ἐν* ante nomina urbium permiserint. Rarissima est haec reticentia apud pedestres scriptores, et, quod facile mireris, in uno vocabulo multo crebrior, quam in aliis. Primum enim monendum videtur in voce *Μαραθῶνι* sola praepositionem *ἐν* saepissime omitti; sed nequaquam semper, quo in errore versantur Reiskius ad Demosth. T. II. p. 740 et T. III. p. 1662. et Ast. de legg. 2. p. 699. a. Equidem pro certe adfirmare possum, in uno eodemque scriptore, et optimo quidem, ut in Platone aut Thucydide, pro lubitu et abesse et adesse *τὸ ἐν*, quod exemplis, quae larga manu cumulare potuerim, comprobare piget, adeo ut lubenter subscribam sententiae Bergleri ad Alciphr. Ep. 61., qui usus inconstans etiam apud omnes deinceps recentioris Graecitatis scriptores obtinet. Praecepta vero Reitzii ad Luciani Demosth. Encom. p. 156 plane sunt ieiuna et arbitraria.

Iam longe rarior est omissio praepositionis *ἐν* ante nomen, *Σαλαμῖνι*, quod tum plerumque solitarium legitur, si uno tenore iungitur cum *Μαραθῶνι*. cf. Wernsdorf ad Himer. p. 58. quae coniunctio etiam erat in causa, cur *Πλαταιαῖς* solute positum sit in Platonis Menex. p. 245. a. — Quartum denique nomen est *Ἐλευσῖνι*, quod sic nude bis usurpatur ab Isaeo de Hagnii hered. p. 292. et 293, 7. — Sed extra haec apud Atticos scriptores, qui soluta oratione sunt usi, in urbium nominibus *ἐν* nusquam reticetur. Verum apud Lucianum verbum *ἐπιδήμειν* saepe cum solo dativo iungitur, Judic. voc. p. 65. §. 7. *ἐπεδήμουν ποτὲ Κυβέλῳ*. T. II. p. 72 *τῇ Σπάρτῃ*, ut apud Aelian. v. h. 3, 12. Dialog. Mort. p. 136 *ἐπιδημεῖν Λεβαδείᾳ*.

quia hic poeta saepe ablativo paulo insolentius expresso abutitur, sic explicare conor, ut sit „vagamur, dum ludus per compita fit, celebratur". Ita coniec-

---

Apud Philostratum omissio voculae ἐν satis frequens, ut in Heroic. p. 60 (edt. Boisson.) ad quem locum editor similia adfert, licet in alia abeat Wesseling ad Herod. I, 92., qui illud ἐν h. l a praecedentis verbi terminatione devoratum esse dicit, quemadmodum et alibi inconsiderantia librariorum illud ἐν fuerit extrusum. — Ex iis igitur, quae disputavi, luce fit clarius, omissionem esse rarissimam. cf. Boss. de Ellips. p. 695., perinde atque vix est legitima apud Latinos hoc in coniunctionis genere praepositionis abusio.

Aliter se res habet apud poetas, qui τὸ ἐν saepe negligunt. Hermann. quidem ad Hecub. p. 133 in locorum nominibus ἐν rarissime a dramatum poetis omissum esse dicit, quicum consentit Erfurdt. ad Soph. Trach. v. 733., quod etiam rectissime est dictum, quod adtinet Sophoclem et Aeschylum, atque adprime etiam cadit in Aristophanem., (errat enim Brunk. ad Lysistr. 1299, *Μαραθῶνι* ad rem suam comprobandam laudans); sed parum concordat cum veritate, si Euripidis dictionem respiciamus. cf. Valcken. ad Hippol. v. 545. Apud Aeschyl. nusquam ἐν non additum esse memini; apud Sophoclem etiam rarissime, non nisi in Trachin. v. 173 *Δωδῶνι*, quod idem nomen sic usurpatum recurrit in Sophocl. fragm. *Ὀδυσσεὺς ἀκαντοπλήξ* I. p. 639 (Brunck.) et in Trachin. v. 1154 *ἐπακτίᾳ Τίρυνθι*, ubi Wakefieldi explicatio nimis est contorta. — Sed Euripides hac ellipsi frequenter gaudet, interque nomina sic usurpata eminet τὸ *Ἄργει*, quod licet sexcenties apud tragicum legatur, tamen, ni omnia me fallunt, modo quater reperitur cum ἐν coniunctum in Orest. 1448. Iphig. A. 1254. Troad. 986. Helen. 124.; alibi semper sine ἐν. Sic etiam in Hippol. 545 *Οἰχαλίᾳ*, ad quem locum Valcken. dormitat provocans ad Eurip. Androm. v. 695

ἐξωγκωμένοι
Τροίᾳ κάθησθε τῇδ' ἐκεῖ στρατηγίᾳ

ubi quod quisque videt, ἐπί, si velis, ad τό *Τροίᾳ* subaudiendum" superbientes ob Troiam dirutam". — Adpositum vero est e Phoeniss. 608 *Μυκήναις*, ad quem locum effata Valcken. fere in contrariam partem inverterem. — cf. porro Eur. Suppl. v. 875 *Ἀργείᾳ χθόνι*. Iphig. T. v. 510 *Σπάρτῃ*. ibd. 524 et 1383 *Αὐλίδι*. — Jon. v. 988 *Φλέγρᾳ*. Androm. v. 439 *Τροίᾳ γε*. — Sed iam satis effectum est, quod proposui, ut

turam Wernsdorfii vagamur in vacamus corrigentis, nemo amplectatur necesse est. — Graeco ἀνδράσι respondet latinum „gladiatoribus,“ et similia, quae quam vario modo usurpentur, docet nos Graev. ad Sueton. Aug. c. 45. Alia, his cognata, ut munere, comitiis, nuptiis, facile lexicographi suppeditabunt; mihi dicere sat erit, analogiam similem illi, quam in graeca lingua stabilire studui, apud Latinos locum non habere, qui in diversissimae significationis vocabulis ablativum solutum exhibere possunt. cf. Perizon ad Sanct. M. p. 514 et 676. Oudend. ad Sueton. Aug. c. 13. Lipsium ad Plaut. Captiv. 3, 5, 57. quibus addame Trinum. 2, 2, 64.

Pol pudere, quam pigere praestat, totidem litteris. —

---

adpareat, qualibus nimirum terminis hic usus praepositionis apud dramaticos poetas sit circumscribendus. — Jam ceteri, et lyrici et epici, sibi ab eadem reticentia non temperarunt, adeo ut etiam hoc inter tragicos Euripides ex Epicis adoptasse videatur vel e Callimacho potius, cui prae ceteris ex usu fuisse ante nomina urbium ἐν omittere, auctor est Valcken. ad Adoniaz. v. 9. p. 251. Sed primum haud dubie hac in re tenet locum Pindarus, qui v. c. voci Ὀλυμπίᾳ nunquam τὸ ἐν addit, atque omnino tam crebro dativum solum in nominibus urbium usurpat, ut, ni summo lectores taedio adficere velim, exemplis laudandis supersedendum sit. cf. Gessner ad Argon. Orph. v. 103.

In Epicis sequioris aetatis etiam ἐν saepe desideratur; cf. Apollon. Argon. 1, v. 51. Ἀλόπῃ μίμνον. v. 1317 et alibi Ἄργει. — Apud Nonnum in Dionys. νόσιησαν Ὀλύμπῳ fere constans est formula, in turgido atque adfectato poeta ferenda, sed non excusans neque defendens similem structuram in Alciph. Ep. 7, 24 καὶ πειραιεῖ βαδιοῦμαι, ubi Πειραιᾶδε reponendum. — His commotus refragor magno viro ad Hymn. Hom. in Demetr. v. 99, versum pro corrupto habenti, quia ante παρθενίῳ φρεατι non potuerit omitti praepositio ἐπί. Verum, quid cogit nos, eam supplere? Quidni ἐν subaudiamus, quod eadem notione atque ἐπὶ praeditum esse, nemini ignotum? — Ex his denique omnibus, quae sunt hucusque enucleata, concludi possit, apud Atticos veteres prosaicos, apud Comicum et tragicos antiquiores rarissime ἐν omitti; Euripidem vero hoc sibi licentiae ex epicis sumsisse, apud quos, perinde atque apud lyricos, haec longe lateque est grassata.

Sed iam sufficiant haec, quae additamento sint superioris disputationis [3]). Pergam iis, quae in illo programmate conscripsi, quae nunc necessaria videntur intertexere.

P. 7. tutelam suscepi constructionis, secundum quam omnes coniunctiones, rarissime quidem, pro temporis finiti modo conveniente participium recipere credendum est. Lubet adjicere alia documenta, quae licet magno molimine sint expiscanda, tamen quod pertendi, omni dubitationi eximunt. Sic enim Plutarch. in Aemil. p. 145. *κσ'; οὐ μὴν ἀλλὰ λανθάνει, πῶς ὁ Περσεὺς Ὀροάνδην, λέμβον ἔχοντα, συμπείσας μετὰ χρημάτων ἀναλαβεῖν αὐτόν.*, ubi aut participium positum est pro tempore finito post interrogandi particulam, quod facile soloecum videatur esse, licet Philostratus pari gaudeat verborum compositione in Heroic. p. 694 (Olear.) *οὓς οὐδεὶς οἶδεν, ὅπου γενόμενοι* (pro *ἐγένοντο*); aut *πῶς*, si mavis, commutandum in encliticum *πως*, et participium ad *λανθάνει* trahendum, hoc sensu: clam qualicunque modo persuasit. Interpretes tacent. —

Post relativum etiam saepe participium nudum ponitur. cf. Pompei. v. p. 171 *ἢ πρὸ μακροῦ δορυφορούμενος* sc. *ἦν*, quod Corayum non fugit.

Jam apud Herodotum, certe quod adtinet coniunctiones *ἐπεὶ* et *ὡς* rem perspicuam reddidit Schweighaeuserus ad lib. 3, 14. quod me movet, ut lib. 7, 21. in verbis illis *αἵτινες αἱ πᾶσαι, οὐδ' εἰ ἕτεραι πρὸς ταύτῃσι γενόμεναι στρατηλασίαι, μιῆς τῆσδε οὐκ ἄξιαι*, nihil mutandum censeam, contra sententiam Valckenarii. Nam non omnes constructiones abnormes, licet *ἅπαξ*, ut ita dicam, *λεγόμεναι*, maxime si parilium auctoritate fulciantur, protinus sunt pro barbaris et spuriis habendae.

Quodsi castigati atque sobrii scriptores usum hunc participii non spreve-

---

3) Angustiis paucarum paginarum, quae meae disputationi sunt concessae pressus, multa seiungo nunc atque futuro tempori repono, quae de dativo disserere mihi in animo est, qui *ἀνακολούθως* ceterae orationis parti est adnexus, aut qui ob id pendere videtur, quia postea alia definitio, idem significans, aut pronomen repetitur, ob maiorem dicti perspicuitatem, quod tetigi in priori programmate p. 6.

runt, jam certe recentiores, qui degenerantis linguae corruptelas eiusmodi pigmentis obfuscare studebant, eum non refugerint. Sine causa igitur idonea se torquet Reiskius apud Liban. Or. 24. T. II. p. 83 *καὶ πολλὰς ἂν κατίδοις χώρας μέτρῳ διεστηκυίας, ἣν ἀπὸ τῆς ἐσχάτης, ἣ τὴν ἀγορὰν ἐπιτροπεύει, πρὸς τὴν μεγίστην ἀναβαίνων ἀρχήν.* Adprime confragosae auctoris orationi convenire videtur, *ἣν ἀναβαίνων* illud pro *ἣν ἀναβαίνῃς*.

Neque apud Latinos similia non obvia: qui post quum, ut etc. verbum substantivum non nunquam supprimunt. Sic Curtius 9, 5 quum ille rem ausus. — et Catull. 19, 4

Hunc ego iuvenes locum

. . . . .

nutrivi, magis et magis ut beata quotannis.

Imo pro coniunctivo modo adhibetur particip. in Propert. El. 3, 17. 38

ante fores crater

fundens libatum merum,

ubi fundens est i. q. fundens sit, fundat.

P. 9 disputavi de hac, quae nobis facile videatur inconcinna atque incondita dicendi consuetudine, e qua in oratione obliqua participium, quod continet adpositionem nominis, in casu quarto positi, *ἀκαταλλήλως* alio casu, plerumque nominativo, invehitur. Insignia prostant, neque ubique explicabilia huius rei exempla, si intento animo graeci ingenii reliquias scrutari velis.

In Plutarchi Sulla, quae p. 158. *κέ*. leguntur verba: *ἐτέτακτο γὰρ . . . ταξίαρχον πεντήκοντα δραχμὰς λαμβάνειν. ἐσθῆτα δὲ ἄλλην μὲν οἰκουρῶν, ἄλλην δὲ εἰς ἀγορὰν προερχόμενος*, facile transitum ex accusativo in nominandi casum recipere potuerunt, quia etiam dici licebat pro *ἐτέτακτο τὸν ταξίαρχον* „*ἐτέτακτο ὁ ταξίαρχος*," etiam si iam ex his atque similibus locis adparet, quam libere et solute, nulla accurati sermonis regula constricti, veteres orationis formam exprimere potuerint. Nam cuinam hodie auctorum adeo abnormem dicendi consuetudinem condonaverimus? —

Attamen multo adhuc insolentiora, quae omnem verbo-

rum ordinem ludificantur, leguntur in Pyrrho p. 6. ἐ. τὸν Νεοπτόλεμον ἀπέκτεινεν, αἰσθόμενος . . τοὺς κρατίστους προσεχομένους αὐτῷ, καὶ παρακελευομένους ἀπαλλαγῆναι τοῦ Νεοπτολέμου . . καί τινος ὑποψίας ἅμα προσγενομένης, τὸν Νεοπτόλεμον φθάσας ἀνελεῖν, quod in contigua adeo coniunctione vix ferendum est, atque accusativus fere se nobis obtrudit. Sed videamus alia. Herodotus lib. 1, 17 sic loquitur: νησιώτας δὲ τί δοκέεις εὔχεσθαι ἄλλο, ἢ . . λαβεῖν ἀειράμενοι Λυδούς, ubi exspectaveris ἀειραμένους (quem ad locum Schweighaeuserus non plane adposita laudat, cum in iis semper est oppositio quaedam loquentis, et aliorum). — Qua de re etiam intactum reliquerim, quod contra iustam sermonis formam legimus in vita Homeri, cuiuslibet est, c. 7. καὶ τῷ Μελησιγενεῖ συνέβη, νοσήσαντι τοὺς ὀφθαλμοὺς, κάρτα δεινῶς ἔχειν, καὶ αὐτὸν θεραπείης εἵνεκα πλεῖν μέλλων εἰς τὴν Λευκάδα, καταλιπεῖν ὁ Μέντης παρὰ Μέντορι. Ille infinitivus καταλιπεῖν pendet profecto a συνέβη; sed quia tum accusativi legitimi — μέλλοντα — Μέντην — deinceps se excipientes ambiguam et incertam reddiderint orationem, scriptor, nihil curans, quadretne an non nominandi casus, tamen eum posuit, modo evitandae incommoditatis causa; adnexi sunt igitur negligenter illi nominativi, extra cohaerentiam dictorum, cui similia apud Philostratum recurrunt. cf. Heroic p. 714 ὠμὸν καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ κήρυγμα. μὴ γὰρ θάπτειν τὸν Παλαμήδη, μηδὲ ὁσιοῦν τῇ γῇ, ἀποθνήσκειν δὲ ὁ ἀνελόμενός τε καὶ ὁ θάψας, ubi qui ἀνελόμενον et θάψαντα corrigere volunt, caveant sibi, ne fiant male seduli; et recte fecit Boissonade, quod editam servaverit: sic enim ibd. p. 715 οὐ γὰρ δὴ ἱκετεῦσαι ὁ Παλαμήδης, atque p. 690 τὸν δὲ Ἀχιλλέα, γυμνῷ προσπεσόντα, τρῶσαι αὐτὸν ἐνθὺ τοῦ μηροῦ, καὶ ἰατρὸν μὲν ὕστερον ἐν Τροίᾳ γενέσθαι τοῦ τραύματος· τότε δὲ λειποθυμῆσαί τε ὑπ' αὐτοῦ ὁ Τήλεφος, ubi non subaudiendum λέγεται, quod non sine causa idonea alibi Heynius solet facere, sed ille nominativus est sic remisse additus perspicuitatis causa, tanquam si dixerit quis nostratium; ich meine, der Telephus. —

Nullam igitur causam video, cur in Philost. iun. Imag. 9. p. 874 ξυμβῆναι γὰρ δὴ ὁ Πέλοψ, ὡς ἐλευθέρα λοιπὸν ἡ παῖς εἴη τοῦ ἀλάστορος, Jakobsius ad

emendationem refugerit ξυμβῆναι in ξυμβαίνει, aut ξυμβῆναι γὰρ δοκεῖ corrigens. Obversatur animo auctoris φασί, unde e consuetudine Philostrati senioris, cuius dictionem iunior mirum quanto cum studio est aemulatus, in oratione, quam dicunt obliquam, nominativum cum infinitivo posuit.

Sic etiam solute ponitur inter accusativos, nulla re cogente, nominativus, ubi deesse aliquid suspicatur Reiskius, apud Liban. de fort. sua p. 152 καὶ τοῦτο ἔργον ἡγώμεθα τῆς τύχης, καὶ προσέτι γε τοὺς πολλοὺς λυγοὺς περί μέν τὴν αὐτὴν πεποιημένους ὑπόθεσιν. μορφὴν ἄλλην ἄλλος ἔχων· δόξαντας δὲ εὖ ἔχειν: ubi forsitan aut voce aliter temperata, aut gesticulatione ipsa embolium se eloqui prodiderat orator. — Jam multo planiora sunt, quae leguntur ibd. T. IV. 660 καὶ ποίους οἴεσθέ με λόγους πρὸς αὐτὸν εἰρηκέναι, κακὸν, λέγων, ὦ παῖ: ubi negligentius ponitur λέγων, perinde atque si praecesserit δοκῶ ὑμῖν.

Sed, quod iam in priori disputatione dixi, multas haud dubie eiusmodi discrepantias librariis etiam esse imputandas, maxime si correctio in proclivi, auctorque a turgido et adfectato stilo remotus, hoc etiam nunc repeto. Sic apud Plutarch. in Cic. p. 256. λ'. ὑποδὺς ὁ Κικέρων ἠξίωσε πρεσβευτὴν αὐτῷ συστρατεύειν, mendosum πρεσβευτὴν in nominativum est mutandum, quia durum et soloecum est, supplere ἑαυτὸν, etsi scriptura Plutarchi eo est insignita, quod in uno subjecto, etiam ubi nulla est oppositio, loco nominativi cum infinitivo, pronominis reflexivi reponatur accusativus, quod e more et consuetudine Romanorum in graecum sermonem transtulisse auctorem autumarem, „si linguae latinae esset peritus“ cf. modo Alcibiad. p. 139. λξ'. ἔγνω μὲν ἀναβαίνειν πρὸς Ἀρταξέρξην, ἑαυτὸν... μὴ χείρονα Θεμιστακλέους φανεῖσθαι νομίζων et Aristid. p. 252 ὁ στρατηγὸς ἔδοξεν, αὐτὸν ἐπερωτώμενον εἰπεῖν et alibi sic; quod quidem neutiquam illum accusativum, perperam exaratum, defendere potest. Maxime vero tum haec inconcinnitas non est toleranda, si ita ambiguitas, aut potius perversitas quaedam enascatur, ut apud Liban. T. IV. p. 880 19. τί γὰρ ἂν τις αὐτὸν ταύτης ἀποστεροίη τῆς ἡδονῆς, δυοῖν ἀνδραπόδοιν κύριος καὶ μνῶν τεττάρων, ubi protinus rescribendum κύριον, quod cuique primus oculorum obtutus suadet. — Attamen tales correctiones magno fastu pronuntiare, fere ridiculum est.

Quemadmodum vero oratio obliqua e casu quarto in nominativum labitur, sic etiam contrarium ex eadem, ut rigidiori utar vocabulo, oscitantia animi aut ob postea aliter inflexum sermonem, reperiri posse facile augurabimur, atque sic re vera e Herod. lib. 1, c. 86 hoc comprobatur, ubi haec verba leguntur: *καὶ τὸν Κῦρον ἀκούσαντα ... κελεύει σβεννύναι.* Quam *ἀνακολουθίαν* cur pro adeo dura et insolenti habuerit Schweighaeuserus, equidem nullam causam video. Quemadmodum enim, quod supra demonstravi, talis conversio orationis non plane insolita est: *κελεύειν ὁ Κῦρος σβεννύναι*, sic etiam hoc loco auctor oratione, quam primum tenore, quem dicunt, obliquo aut indirecto coloraverat, excidens, directam exorditur et tempus finitum ponit. Etiamsi equidem, auctoritate cum res agi debet non ratiocinatione, hac sum destitutus, tamen, ubi adeo perspectam explicationem causari possumus, nihil tangendum mutandumque puto.

Singulare est, quod in priori progammate p. 10 monui de usu coniunctionis *ὥστε* apud Aelianum, qui in uno, quo dicunt, subiecto, hac *ὥστε* cum accusativo et infinitivo iungit[4]). Contrarium est quod in Ctesiae fragm. e Persic.

4) Non nunquam, etsi rarenter, auctores quasi obdormiscentes, omnino immemores atque inscii fuisse videntur rationis, quae intercedit inter conjunctionem et relationem subiectorum, unde accidit, ut genitivus absolutus, si de una persona sermo est, infertus sit, quod hoc loco modo obiter adtingam. Sic v. c. Herodotus lib. 1, 174 *καὶ δὴ πολλῇ χειρὶ ἐργαζομένων τῶν Κνιδίων· μᾶλλον ἠγάρτε καὶ θειότερον ἐφαίνοντο τιτρώσκεσθαι οἱ ἐργαζόμενοι· ἔπεμπον ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους* sc. *οἱ Κνίδιοι.* Sed notabilior adhuc locus lib 5, 79 *ἀπελθόντων ὧν θεοπρόπων, ἐξέφερον τὸ χρηστήριον, ἅλίην ποιησάμενοι*, ubi recte interpres latinus *ἐξέφερον* ad hos ipsos *θεοπρόπους* refert, quod postea ex oppositione sequentium *εἶπαν δὲ οἱ Θηβαῖοι* magis liquet. Non debuerint igitur haec silentio praeteriri, maxime, quia haec discrepantia in sententia brevi atque constricta est adhibita. Eadem constructio mox ibd. c. 81 exhibetur *πειρησαμένων δὲ τῶν Θηβαίων κατὰ τὴν συμμαχίην τῶν Αἰακιδέων, αὐτις οἱ Θηβαῖοι πέμψαντες ἀπεδίδοσαν*, et, si fidem habere velimus inter-

Persic. c. 13. (Herod. T. IV. p. 357.) in diversis subjectis πρὶν ἤ cum nominativo et infinitivo" πρὶν ἢ Καμβύσης τελευτῆσαι, ἐβουλεύσαντο οἱ Μάγοι, quod licet mira videatur omnium codicum in salebrosam istam structuram coniuratio, tamen in Καμβύσην mutaverim. Attamen, quod iam dixi, eius-

---

interpreti lib. 3, 23, qui haec verba: ἀπὸ τῆς κρήνης δὲ ἀπαλλασσομένων, ἀγαγεῖν σφέας ἐς δεσμωτήριον sic convertit: a fonte discedentes, ductos se fuisse narrabant. Quae enuntiationes cum sint adeo breves atque e paucissimis modo constant verbis, iam parem in pari effato abusionem tolerabimus apud Plat. in Phileb. p. 45, b καὶ ἀποπληρουμένων μείζους ἡδονὰς ἴσχουσιν, quod est pro ἀποπληρούμενοι positum „indigentiam replentes". Haec adfero, ut integritas loci apud Liban. T. 3, p. 435 sibi constet" εἰ μὲν γὰρ ἦ μηδὲν αὐτὸς ἐπίσταμαι, ὧν τὸν διδάξοντα προσῆκεν, ἦ ξαυτμία τις βλάπτει τὴν διδασκαλίαν, καὶ μικρὰ τοῖς νέοις ἀντὶ πλειόνων δίδοται, ἢ διδόντος γε ὁπόσα δεῖ, τῶν δὲ οὐ βουλομένων δέχεσθαι, τοὺς ἀργῶς ἔχοντας οὐκ ἐμεμψάμην, λεγέτω τίς με κακῶς, ubi ob parilitatem modo oppositarum sententiae partium legitimus nexus confunditur. Sic etiam diiudicanda est structura apud Xenoph. Cyrop. 6, 3, 17 εἰπόντος δὲ Κύρου, ὅτι τοίνυν τούτων ἄλις εἴη, ἃ δὲ καιρὸς ἡμῖν εἰδέναι, ταῦτα, ἔφη (s. c. idem Cyrus) διηγοῦ. Etiam Aelianus hoc pro festivitate quadam duxisse videtur, qui in v. h. 3, 43 sic ἀκαταλλήλως genitivum absolutum posuit, nullo subiectorum respectu habito, quae tamen omnia vix sufficiant ad defendendum locum in v. h. 12, 46. χρηματίσαντος ὑπέστρεψεν pro χρηματίσας.

Ad hunc censum pertinent etiam illi versus Aeschyl. in Agamem. 968

καὶ σοῦ μολόντος δωματῖτιν ἑστίαν,
θάλπος μὲν ἐν χειμῶνι σημαίνεις μολών.

Latini a simili disconvenientia sibi non temperarunt. cf. Perizon ad Sanct. Min. p. 196, qui nescio an enotaverit locum Suetonii Tiber c. 31 „Iterum censente (Tiberio), obtinere non potuit sc. idem Tiberius. Haec omnia eruditis iure summo minutiae et nugae videbuntur; sed neque his scribo, quibus summum litterarum fastigium adsecutis undecunque prospectus patet, verum scholasticis,

modi emendationes, quae ne minima quidem opella indigent, sed cuique legenti se obtrudunt, coacervare supervacaneum videtur; aliter larga manu e Libanio, corruptissimo fere omnium, quos novi, scriptorum, multas emendationes in medium proferre potuerim.

Quod in nota ad p. 9 in priori disputatione dixi, a remotiori nonnunquam verbo, interpositis aliis sententiis, de integro regi, qui subsequuntur, casus, comprobatur luculento Plutarchi loco in Philop. p. 317. *θ'. ἦν δὲ ἰδεῖν τὰ μὲν ἐργαστήρια μεστὰ κατακοπτομένων κυλίκων καὶ θηρικλείων, χρυσουμένων δὲ θωράκων· ἐν δὲ ταῖς χερσὶ τῶν γυναικῶν κράνη καὶ πτερά, καὶ χιτώνων ἱππικῶν καὶ στρατιωτικῶν χλαμύδων*, ubi genitivum posuit auctor, quia notio antecedentis adiectivi *μεστὸς* adhuc infixa inhaerebat menti eius, tanquam si dixisset *πάντα ἦν μεστά*. cf. Oudendorp. ad Suet. Jul. Caes. c. 20.

Quae p. 11. seqq. de generali adpositione disputavi, his iam nihil addam, nisi notam hanc vel pueris tralatitiam, etiam apud Latinos poetas passim similia nobis obviam fieri cf. Gratiani Cyneg. r. 221.

Assumtis Metagon lustrat per nota ferarum

* * * * * *

Primae lucis opus.

Ceterum si Wernsdorfius (T. I. p. 7. Poetae min.) apud Gratianum multas esse mutatas atque turbatas constructiones dicit, iam vereor, ut hoc sibi constet. Gratiani enim pauci quidem versus temporum clementia nobis sunt servati, sed in his summa est aequabilitas e regulis limatae constructionis usque ad. v. 518. a quo loco non ingenium poetae, sed librariorum manus omnia mutilant atque mendis inquinant.

Neque etiam catalogum verborum (cf. p. 16 seqq.), quae *κατὰ τὸ ἔννοούμενον* construuntur, augere volo; modo comparationis causa Latinorum parilem hac in re usum paucissimis exponam. Perdere capitis Latini dicunt a privandi notione, quae verbo huic inest; sic porro „operam dare" eandem atque „facere" recipit constructionem in Plauti Capt. 2, 3, 2. In Mercat 5, 4, 24 „ae-

tatem aliam aliud factum convenit" quia convenit i. q. decet. cf. Perizon. ad S. M. p. 107. 349. et alibi.

Non sunt dissimilia, quae apud Herodotum inveniuntur lib. 7, 111 *προφητεύειν τοῦ θεοῦ*, quia *προφητεύειν* idem est atque *προφήην εἶναι*: sed lib. 2, 141 illud *ἐν ἀλογίῃ ἔχειν τῶν μαχίμων Αἰγυπτίων*, quod Schweighaeuserus sic tuetur, tanquam si genitivus positus fuerit, quia pro *ἐν ἀλογιῃ ἔχειν* cognatam dictionem *ἀλογίαν ἔχειν* in animo habuerit historicus, id mihi vix probabile videtur, quia ni fallor, classis militum apud Aegyptios nunquam dicitur apud Herodotum *οἱ μάχιμοι Αἰγύπτιοι*, sed aut *τὸ μάχιμον τῶν Αἰγυπτίων*, quod h. l. reponendum est, aut *οἱ μάχιμοι τῶν Αἰγυπτίων* — Sed nimis subtilis est eiusdem Schweighaeuseri explicatio, qui factum sit, ut Herodot. lib. 9, 99 *καταδοκεῖν τινι* dicere non refugerit. Quod vero *ἀντιοῦσθαι* et genitivum et dativum regit, protritum.

Apud scriptores recentioris aetatis multa huius notae non per *σύγχυσιν* notionum excusanda videntur, sed potius innovata e legibus sermonis latini, quod nunc exsequi sciscitando non vacat. Apud Plutarchum vero hoc non quadraverit, etsi latina esse videtur compositio, ablativi loco dativum exprimens, in vita Pomp. p. 157 *ἀμηχάνῳ πλήθει δανείων ἐλευθερωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ* „liberatus aere alieno". —

Jam quod p. 19 de ellipsi verborum commemoravi, quae saepe casui absoluti speciem obducit, huius insignia documenta, maxime e sophistarum scriptis petita, accumulare fere piget. Nam cum sincerus atque simplex sermo illo tempore fere in desuetudinem abiisset atque contemtum, contra fucata tersarum phrasium munditia aut fastidiosae levitatis adfectatio in concinnanda oratione summae ducta esset laudi, principem locum hoc in genere ornatus tenuisse videtur ellipsis aut reticentia vocabuli, ad sensum explendum necessarii.

Libanius maxime atque Philostratus adeo studiose eam sectantur, ut spissas inde tenebras sententiis suis obfundant. Quod attinet Libanium, iure

mireris, eum non in omnibus suis opusculis aeque fuisse negligentem. Potissimum enim omnem perspicuitatem, ut ita dicam, violat, adeo ut quaevis venustas subtili egeat interpretatione, in de fortuna sua, in Socratis Apologia, in Orat. 54 et in iis, quae T. IV. editionis Reiskianae continentur, ubi vero temporum series omnibus corruptelis aditum patefecit. In aliis orationibus adeo accuratus et perspicuus est sermo, ut vix unum eundemqae auctorem agnoscere possis. Sed pauca exempla, quae ad rem faciunt, adferam. Sic T. I. statim in exordio „τοὺς δὲ περὶ τῆς ἐμῆς τύχης τὰ οὐκ εἰκότα δοξάσαντας" quotus quisque est, qui ferat ellipsin vocis οὐ θαυμάζω; aut ibd. p. 8 ποθῶν μὲν τοίνυν τὸν οὐκ ἔτ' ὄντα, χρώμενος δὲ τοῖς οὖσιν, εἰδώλοις γέ τισι σοφιστῶν, ὥςπερ οἱ τοῖς ἐκ κριθῶν ἄρτοις, ἀπορίᾳ γε τοῦ βελτίονος, ubi Reiskius recte e sententiarum nexu supplet τέως ἠνειχόμην; sed quis hoc excusabit? Atque sic tota haec oratio hiat. Simili modo vix cogitatione adsequi possumus, in Orat. 39. T. II. p. 356 in his verbis ὁ δὲ ὑπέσχετο μὲν οὐκ ἐνοχλήσειν, παρῆν δὲ αὖθις ἅμα ἡμέρᾳ, καὶ πάλιν ἡ κεφαλή, καὶ πάλιν αἱ χεῖρες καὶ πάλιν τὰ γόνατα, subaudienda esse τῆς γυναικὸς ὑπ' αὐτοῦ κατεφιλεῖτο.

Plerumque omittitur verbum in narratione, cuius eventus iam aliunde est notus ideoque in fabularum expositione, ut T. I. p. 23 διαβάντες δὲ τοῦ Πόντου τὸν αὐχένα, καθ' ὃν πάλαι ποτὲ τὴν Ἰὼ λόγος ἐν εἴδει βοός, ubi deest διανήξασθαι; aut si argumentum ita est comparatum, ut saepe eadem repetantur facta; tum verbum principale solito reticetur; sic in imaginum recensione, quae impetum in se incurrentium repraesentant, ἴενται supprimitur apud Philostratum, qua de re copiose egit Jakobs. ad Philost. Ic. lib. 2, 22. p. 525., aut ob similitudinem antecedentium, in Heroic. p. 192. Boisson. Ὁμήρῳ δὲ πόθεν οἱ Εὔφορβοι, πόθεν δὲ Ἕλενοι; s. c. εὔγνωστοι ἦσαν. et ibd. p. 210. (733) ξυγκεκράσθαι δὲ αὐτοῖς (s. c. τοῖς ὅπλοις) ποίκιλμα ὕλης, μεθιστάμενον εἰς αὐγὰς ἄλλοτε ἄλλας, ὅσας ἡ Ἶρις. s. c. ἔχει aut ἀποστίλβει. —

Verum non modo apud sophistas, sed omnino apud scriptores fatiscentis

graecitatis frequens est atque adamatus ellipsium usus. Sciens praetereo, quae contextus orationis haud difficulter perfecta reddit, apud Plut. in Pomp. p. 135. λσ'. de sene quodam „ὡς, . . . εἶδεν . . . πρὸ τῆς θύρας ἵππον ἑστῶτα κεκοσμημένον, ὥςπερ οἱ τῶν φίλων τοῦ βασιλέως s. c. ἔχουσι, ubi nulla sanatione opus est; sed iam magis forsan lectorem offendet abruptus in Alcibiadis vita p. 14. ισ'. sermo: ἐν δὲ τοιούτοις πολιτεύμασι καὶ λόγοις καὶ φρονήμασι καὶ δεινότητι πολλὴν αὖ πάλιν τὴν τρυφὴν τῆς διαίτης καὶ πότους καὶ ἔρωτος ὑβρίσματα" ubi subaudiendum ἦν ὁρᾶν; aud ibd. Pelopid. p. 182. κ'. ubi haec de Pelopida narrantur: προσέθετο γνώμην . . . πιστευόμενος, ὡς ἦν δίκαιον ἄνδρα τηλικαῦτα δεδωκότα τῇ πατρίδι σύμβολα εἰς τὴν ἐλευθερίαν s. c. πιστευθῆναι.

